UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

89. Et [a]b Ethn. defectu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

Visual Library

preſſus, damnatus, fuſtuariò tam dirè contuſus eſt, vt diu membris fra-
ctus iaceret & hæc à ciuibus fidei odio in eum infenſis; ſecuta non diu
poſt primogeniti mors, quem ſperabat fore ſenectutis, & familiæ co-
lumen. Nouem natu minores morbis conflictati, paternis ædibus ſpe-
ciem noſocomij indidere; cognatorum, & affinium turba, vſque adeo
ab leuandis ſubſidio aliquo miſelli calamitatibus aliena, vt iis etiam
certarim illuderet, exprobarétque velut ſupplitio deſertæ idolalatriæ;
cruce aiebat te munito, & ſurget tibi viuus è tumulo filius; libera nos
à malo, dicito; & morbos depelles ab ſuperſtitibus liberis, & abs te
miſerias quæ te viuum abſumunt; ad hæc ille defixo in cœlum animo,
& aſpectu, *fiat*, aiebat, *voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra*, huiuſque pre-
catiunculæ nectare, dolorum omnium amaritiem diluebat; Tobiæ in
viuos liberalitatem, imitari egens non poterat, imitabatur pium in mor-
tuos laborẽ, ſepulchro condens eorum corpora; & animos religioſis auxi-
liis ſubleuans, in quo item vt eſſet Tobiæ ſimilis, videndi vſum propemo-
dum amiſit; ſed hoc ipſo ad munus longè præſtantius redactus eſt,
nouiſque quotidie à Patre, virtutum excultus ducumentis, ipſe viris; fe-
minis Symphoroſa domeſticatim illa repetebant, audiebantúrque hoc
reuerentius, quòd eſſent potius agendo quam loquendo diſerti. Mirum
denique videbatur Chriſtianæ rei tanta fauſtitate inertem iacere dæmo-
nem, & has de ſe prædas otiosè ſpectare; Primum igitur Chriſtum
amplecti perſuaſos, debilitate, tremore manuum refugo, & horrore cum
porrigeretur iis libellus doctrinæ Chriſtianæ, velut porrigeretur aſpis;
deinde idola confracturos, ea formidine quatere, vt ad primos ictus,
terræ hiatu ſorbendos ſe crederent; ludos hos dæmonis diſcuſſit Lon-
gobardus, & ſtrage idolorum etiam pueros ludere docuit. Periculo-
ſius Vancuni in pago ſtolidè ſed non fruſtra iactatum, vbi omnes pa-
ganos feciſſet Pater Chriſtianos oneraturum iis nauim, & repetitu-
89. Perſecutio à feminis. rum cum iis occidentem. Ad hæc enim bacchantes, & motæ cerebro
feminæ, velut dato ſigno per pagum inſanire, eiulatibus omnia mi-
ſcere, implorare opem aduerſus prædonem occidentis, incantatos ma-
ritos ſecum abducturum, & commodum aberat tunc pater, peſſimè
alioqui tot inter furias diſcrependus; quas ne mariti quidem niſi
multo labore ſic ſedarunt vt deſinerent inſanire, ſuæque illas pude-
ret ſtultitiæ, cum recogitarent denique, quàm paucæ ex tanto nume-
ro quæ Sciaoceum, eiuſque confinia incolebant, quàm fatuè ſua vl-
tro ſolæ proſcripſiſſent deliria, & acturas fuiſſe prudentius, ſi earum
exemplo maritos imitatæ Chriſto nomen dediſſent. Hic dæmon femi-
89. Et [illegible] Ethn. defectu nas, viros in eo quod ſequitur in furorem egit. Squalebant ſegetes
longa ſiccitate, indicta Ethnici abſtinentia carnium, ieiuniis, & ſup-
plitiis idolorum pluuiam poſcebant. Cihienus inter vrbis Præfectos
cognomento pater, & mater populi, vrbem cum ſenioribus obibat
pedes & cernuus, cœlúmque identidem adorantes pro aqua ſupplices
procidebant; Bonzij alternis cantibus rumpebant latera, cœlum in dies

ſerænius

ſerænius nitebar. Diis ergo vrbanis aquam negantibus , ad Luzum
itur diei vnius itinere , ex templo Nanhoæ (de cuius magnificentia di-
ctum ſuperius) Sciaoceum eius ſtatua portatur ; ſupplicatione , ſacrifi-
ciis , & fletu populi , caſſis votis rogatus remittitur Luzus Saniorum
ſarcaſmo excuſatus , quod cæcutiret præ ſenio ; ad miſerias communes,
& ſurdus preces audire non poſſet. Idololatræ Cincunenſes , deorum
ſuorum pertinaciam mirati ſcire auent in eos ecquid ipſi peccaſſent ,
quod vellent ſiccitate illa implacabili vindicare ; conſultu ſuper eo ve-
nefica reſpondet Deam Conin aduſtis toties dolentem humeris , ignem
illum aquæ penuria vlciſci. Peculiarem Cincuni cultum habebat hæc
Dea ; proin Neophytorum primus ardor ad comburendas illius ſtatuas
prorucbat , eratque hic ſcapularum dolor , ab igne profictus ob quam
interpretati ſunt Ethnici aquam ſibi à Dea negari , pœnáque auctoris
multorum in Deam expiaturi iniuriam , in templum Scechiæ confluunt,
cuius ipſi ritum ſectabantur ; coram idolo in commune iurant de tol-
lendo è viuis Longobardo , eiuſque in piſcatu animarum ſtrenuo ad-
iutore , Chriſtiano nomine Mario. Cincunum tamen intrepidè aduo-
lat , ne teneros adhuc Chriſtianos deſtitueret ſua ope , quos quidem re-
perit non conſtantes modo ; ſed Conin Deam ſalsè diridentes, quæ agris
irata vbi vſtulauerant eam Chriſtiani ; nihilo plus aquæ indulgebat cœ-
teris qui nullos habebant Chriſtianos , eius autem reſponſum ludibrio
fuit etiam Ethnicis cum Patris ingreſſu obnubilatum cœlum agros im-
bre copioſiſſimo ſaturauit. Miſit tamen Pater ad eos qui dicerent nihil
obſtare quo minus iurato ſceleri condictam manum imponerent , ſed
diſſimularunt barbari homicidæ , ſe in id fœdus conueniſſe ; Chriſtia-
ni apertè conteſtati , eſſe vnumquemque ſui arbitrij , ac iuris in reli-
gione quam mallet capeſſenda , liberè Ethnicos à ſe mandarunt : id- 84.
que audentius ab iis dictum quod proximo facto , non ita pridem con- Et à Bonziis.
ſimili alio fuerant confirmati , cum Quanhiani cœnobij Bonzios ea-
dem rabies ad exterminandum Patrem ſtimulaſſet. Videbant Bonzij
ſtragem , ſuorum Deorum noſtris in ædibus fano ſuo vicinis fieri , vi
& fraude ad noſtros ab ſe amouendos cum nihil egiſſent ; tandem aua-
riſſimo homine Sciaocenſem nacto Præfecturam, idoneum ſe nactos ar-
ticulum putarunt emendi ſceleris ab homine venali. Taolius igitur
multarum vrbium in ea Prouincia Gubernator , in fano cœnobij , de
more , populum affatus , concionem abſoluerat , cum prouolutus in ge-
nua Præfectus vrbis ; lamentabiliter iniurias queſtus eſt , diis , & eius
cœnobij Bonziis illatas cum prolixa eorum commendatione ; contra
vero acerba declamatione inſectatus eſt impietatem Patrum qui præ-
dicabant Deum occidentis , perorauítque aiens deorum chorum qui
adorabantur in eo fano adeſſe ſecum de genibus ſupplicem , vt Patres
Sciaoceo pellerentur ; noluit Deus famulum ſuum Longobardum ſu-
ſpenſi iudicij expectatione anxia affligi ; ſed eo nihil horum ſciente,
apologiam noſtrorum Taolio inſpirauit qua efficacior nequibat à Chri-
ſtiano

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN